

competebat: Neomenia vero ab anno Nabonassar...

Hæc de anni Chaldaici, & Sarorum ac Salschodai...

CAPUT LXVI.

De anno quarto Joakimi, & primo Nabuchodonosori...

QUI in epocha Nabopolassar configitus est...

At vero in Appendice, & Ifag. Canon. longè major...

ejus morti præfuerat, qui erat Nabonass. cxlix. Sed...

DIAGRAMMA CONFLICTUS SCALIGERIANI...

Table with columns for Nabopolassar and Nabuchodonosor, showing reigns and dates according to Scaligerian chronology.

CAPUT LXVII.

Definitur ex rei veritate quartus annus Joakim, & primo...

UT & questionis status, explicatioque ipsa facile...

Redeamus igitur ad propositam controversiam. In...

niorum regum successio descripta fuerit, in qua Nabuchodonosorus quadraginta tribus annis regnasse dicitur; a cuius exordio ad Cyri primum annum, sive Nabonidi ultimum, annorum summa conficitur septem & sexaginta, cum mensibus novem. deductis primis annis Nabuchodonosori sex prioribus (quandoquidem septimo anno regni sui Tyrum obsidere cepit) relinquuntur anni sexaginta & unus cum mensibus novem. Nequaquam igitur ab anno septimo Nabuchodonosori ad primum Cyri anni illi sunt 54. mensisque tres; adeoque injuria Josephus Tyrios & Babylonicos annales appellat. Præterea cum à Nabuchodonosori decimo octavo, vel decimo nono ad Cyri primum annos septuaginta numeret; sanè à Nabuchodonosori septimo ad eundem Cyri primum existent anni octoginta duo; ne dum quinquaginta quatuor. Tot igitur argumentorum pondere satis evincitur; perpetam apud Josephum annum septimum Nabuchodonosori pro septimo Ithobali scriptum videri.

Que cum ita sint, existimamus anno octavo Sedeciz, Nabuchodonosori decimo sexto, Tyrum obsideri cepisse: paulò verò post, hoc est anno nono Sedeciz, Nabuchodonosori verò decimo septimo ineunte, vel exeunte decimo sexto, Hierosolyma obsidione vallata sunt. Sed ea tertio post anno capta; Tyrus autem anno decimo, vel undecimo ineunte post desolata Hierosolyma, anno Nabuchodonosori xxxix. vel xxx. Hæc unica ratio, qua Josephus, Berofus, Annalique Tyrii secum & cum Ezechiele conciliari possunt. Quo magis hæc obscurissima historie probanda concordia est: ceteræ, quæ ab Scaligero, vel aliis adferuntur, nullo modo toleranda.

Indidem verò posteriorum Tyri regum epocham licet colligere. (Quamquam Ithobali anni ab Josepho prætermitti sunt.) Sed quandoquidem annus decimus quartus Iromi primus est imperii Babylonicæ Cyri, &

Julianæ periodi 4176. si annos inde triginta sex, mensis tres deduxeris; residet annus Periodi Julianæ 4141. circiter, quo Baal Ithobalo successit. Hic autem quo anno cæperit, ideo comperiri non potest, quia quot regnavit annis, Josephus tacuit. Tyri quidem obsidio cæpit anno Nabuchodonosori xvi. Periodi Julianæ 4112. à quo ad 4141. anni sunt xx. Obsideri itaque desita Tyrus annis octo ferè ante Ithobali mortem.

Verum quis exitus obsidionis illius fuerit, & utrum capta, direptaque sit à Chaldæis, merito quaritur. Res est propter Ezechielis citata supra capita, non mediocri obscuritate prædita. Nam capite xxvi. obtinendam à Nabuchodonosoro Tyrum vaticinatur; ac cum turres ejus, murosque diruendos; tum plateas equitibus complendas, cives obruncandos: urbem denique vastandam. quod & sequentibus duobus capitibus per-textit. * At capite xxix, 18. significat Nabuchodonosoro regi opere diuturnæ, quam in obsidione Tyria Deo navavit, nondum perolutam esse mercedem: cuius gratiâ se Egyptum illi dedisse. Tum verò ex Menandro, aliisque Scriptoris, à quibus Tyriorum annales proditi sunt, liquet post Ithobalum, quo regnante Babyloniæ Tyrum oppugnarunt, alios in eadem urbe quamplurimos regnasse.

Nobis in incerta, perobscuraque re nihil affirmandum videtur. Probabile est tamen Tyrum à Nabuchodonosoro tunc minimè fuisse subversam: occupatam quidem; ac deditione, & servitutis, tributique interposita pactione suis regibus permiffam. Ac tum fortasse, vel postea saltem magna ex parte diruta, instaurataque denuò est; sed non isdem excitata vestigiis: ut perpetuè illi à Propheta prædictæ solitudini locus esse possit. quem in sensum Hierosolymorum à Christo Domino prænunciata vastitas, ac perpetua solitudo vulgò à Patribus & Interpretibus accipitur.

Quis sit obsidionis Tyria.

* Margini adscripserat Petavius: Ezech. xxvi, 21. dicitur in sempiternum desolanda. Isai. xxiii, 15, 17. post lxx. annos instauranda.



DIONYSII

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU,

DE

DOCTRINA TEMPORUM

LIBER DECIMUS.

ΠΡΟΘΕΡΙΑ.

DECIMO huic de Temporum Doctrina libro auspiciatissimum initium dabit illultris, maximèque celebris disputatio de Medorum, Lydorùmque postremis temporibus, & Asiaticis rebus: quibus vix habet disciplina ista quicquam abstrusus, & ad investigandum difficilior: cum ad sacram tamen nihilominus, quam ad profanam historiam à situ & errore vindicandam valde necessaria sit illorum accurata cognitio. Audeo sine jactantia dicere vix ulli Chronologie, aut Historie veram & liquida illorum rationem hæcenus constare. quod me tacente res ipsa monstrabit. Hujus historie cardo in cœlesti quadam observatione positus est defectiois illius solaris, quæ sub Medorum, Lydorùmque conflictum intervenit, quæque metu ac religione attonitos illos inter se conciliavit: de qua mirum est quantum & inter se, & secum ipsi conflitentur peritissimi temporum magistri. Quamobrem nos ab ea, sic tamquam à capite, rem aggrediemur.

CAPUT I.

De memorabili Solis defectione, quæ Cyaxare, & Alyatte rege pugnantibus accidit. cujus ignotus hæcenus annus exponitur.

HERODOTUS lib. I. memoria prodidit Cyaxarem adversus Alyatten Croesi patrem Lydiæ regem bellum suscepisse, quod is Seythas à suo regno profugos excepisset: cumque ancipiti fortuna quinque totis annis bellum illud tolerasset; sexto demum anno, cum in conflictu jam acies essent; subito Solis defectu perterritos abstinuisse prælio, & inter se pacem ac fœdus iniisse. τὸ ἐκτοῦ ἐπὶ συμβολῆς ἡρωδότης; συνήνεκε ὡς τὸ μάρτυς σωσεύωντος, ἢ ἡμῶν ἐξασπίνας νύκτα ἡμῶν. ἢ ἢ μὴ μὴ ἀγνώτω τὰ ἑαυτῶν τὸ ἡμῶν θάλας ὁ Μάλησος τοῖσι Ἰωνοῖσι ἀπονηγέσθαι ἐστὶ δὲ. ἔρον ἀποβήσθαι ἐνιαυτὸν τῶντων, ἐν δὲ διὰ τὴν ἰσφύσιν ἢ μὴ ἐσθλῶν. Sexto anno signis collatis, quum æquo Marte certarent, inter pugnantium contigit, ut repente dies in noctem verteretur. Quam immutationem diei Thales Milesius Ionibus futuram prædixit, hunc ipsum annum præ-

finiens, quo mutatio illa facta est. Rufus eodem libro de Cyaxare Astyagis patre loquens. Οὐδὲν (inquit) ὁ ποῖος Ἀστυάγῳ ἐστὶ μαχόμενῳ, ὅτε πῶς ἢ ἡμῶν ἐξασπίνας ὁφίμαχόμενῳ. Hic est, qui cum Lydis bellum gessit, quo tempore in ipsa pugna dies est conversus in noctem.

Pag. Graec. color. 49. Graec. 28.

Diu est quod eruditos Chronologos deliquium illud Solis exercet, quod certatim ex Astronomicis Tabulis eruere conati sunt. sed infelici, quod fatendum est, hæcenus successu. Nam cum variis id annis assignaverint, ostendam ex iis nullum ad historicam veritatem congruere. tum à nobis probabile illius tempus inventum esse, liquidò demonstrabimus. Herodotus porro nimis incuriosè, ac negligenter illam exposuit, neque vel annum, quo ea contigit; vel anni tempestatem, vel diei partem denique, uti Thucydides solet, curavit exprimere. Quamobrem cum infinitam defectionis istius mentionem fecerit; & plures diversis annis ejusdemmodi eclipses inciderint; latissimus ex eo conjecturatum, ac divinationum campus aperitur. Nonnulla sunt tamen, in Herodotea narratione, quæ nimia Chronologorum licentia franos injiciunt. Primum quòd à Thalete prædicta sit. Alterum quòd Cyaxare Medis imperante. Tertium, quòd tanta illa defectio fuerit, uti clara luce tenebras induceret. Quartum, quòd fervente maximè conflictu, atque adeo provecta jam luce conspecta sit. Thaletis ortum Archonte Athenis Damafia consignat Diogenes, Olympiade xxxv. Et certè anno Olympiadis hujus secundo Archontem Damafiam attribuit Halicarnassensis lib. iii. Hic est annus Julianæ Periodi 4075. sextus ante Cyaxaris initium, quem anno Periodi Julianæ 4080. iniisse ex iis constat, quæ libro superiore cap. 34. de Medorum successione disseruimus.

Quid Herodotus de Solari illo deliquio ferat.

Verum Astyage regnante, non Cyaxare, prædictam illam à Thalete defectionem Solis accidisse quidam à veteribus memoriæ prodiderunt. Plinius lib. ii. cap. 12. anno iv. Olymp. xviii. prædictum cum refert à Thalete Solis defectum, qui Alyatte rege factus est, anno Urbis clix. Solinus verò cap. 20. bellum inter Alyatten, & Astyagem gestum esse memorat Olympiade xlix. anno post Ilium captum sexcentesimo quarto. & videlicet ad Herodoti respexit historiam. Quippe barbaros inter haustu mutui sanguinis fœdus ait sanciti solitum: itaque ab amobus illis regibus esse factum. quod ipsum Herodotus ad historiam adjunxit.

L 3 Eusebius